

Porro Non Vegetabilia Corpora aliorum respectu hic pauca occurunt, & ut plurimum Vegetabilia ante fuerunt, sed resecta vel impedita vegetationem suam interea amisere, quorum Natura nil fere peculiare habet a Vegetabilibus, sed priuatione potius ex Vegetabilium natura cognita determinatur.

Initio ergo de simpliciter Vegetabilibus haec habeantur.  
Vegetationis natura & causae.

Materia illius seu nutrimentum, quod non primario vel Terram vel Liquorem, vel aliud quodvis vulgo dictum corpus, vel rem ullam hactenus cognitam, sed longe quid diuersum & hucusq; latens esse docebimus.

Rerum Fossilium, quae vel terra plane continguntur, vel ex terra erumpunt & extant, vel circumscriptione libera in superficie terræ se prodant, distinctiones & species.

Quæ item res, praeter iam dictas, sub vasta Terræ mole interius latere nec vñq; in lucem prodire aestimandæ veniant.

Quomodo Lrides ipsi, Metalla & Corpora alia quæ non Vegetabilia perhibentur, non secus ac plantæ ipsæ vegetentur, virtute interius perfusa crescent & speciem conseruent: non raro etiam figuris & speciebus certis animalium, plantarum & aliarum rerum insigniantur.

Quam Speciei conseruationem Corporibus regulariter omnibus, etiam arehis, pulueribus, terris, liquoribus etc. tribuimus: nisi ubi Monstra seu noua quædam & peculiaria fiunt, quæ tamen si modo fere simili contingent saepius, Speciem sibi præbent.

Hæc Monstra non tantum in Animalium & Plantarum, sed passim in omni rerum genere se exhibent.

Cuius deviationis causas & naturas varias indicabimus.

Vnde item alias contingent rerum hujusmodi immutaciones, & vnius in aliud corpus transformationes.

Metalla non ex Sulphure & c, vel alio corpore consimili & materiam acquirere, nec inde formari.

Necq; Ignis siue Caloris seu externi seu ingeniti virtute (vt nec Vegetabilia vlla) perfici.

Herbaum, Fruticum, Arborum propria.

Qui Plantæ nunc ex Radice, nunc ex Stipite, nunc ex Semine fiant & propagentur. Qui etiam sine praecedentis plantæ vllijs reliquijs aut vestigijs vllis Plantæ omnis generis & primitus genitæ sint, & etiamnum generentur.

Cur Plantæ immediatæ Terræ suæ adhæreant.

Qui